



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

III. Markgraf Ludwig legt dem Pfarrer in Marwitz, seinem Capellan, eine Hebung aus Prenzlau bei, am 3. April 1345.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54581)

MCC. LXXXVIII. quinta feria ante ascensionem domini et datum per manum domini Johannis de Clepelshagen nostre Curie notarii et capellani.

Nach einer alten Copie im Besitz des Herausgebers und dem angeblichen Originale im Kremmenschen Rathe-Archiv. — Bereits abgedruckt in Gercken's Fragm. March. III, 22. aus der Gumbtingschen Sammlung. Mit dem falschen Datum 1288 in Ludwig's Reliqu. Mspt. IX, 505.

II. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Kremmen alle Privilegien, am 20. Nov. 1324.

Lvdovicvs, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, comes palatinus Rheni, dux Bauarie, sacri imperii archicamerarius, fidelibus suis dilectis consulis et uniuersitati Burgenfium in Cremmen gratiam suam et omne bonum. Communia uestra iura, libertates, proprietates, possessiones, donationes et gratias atque approbatas consuetudines, quibus a nostris antecessoribus, marchionibus Brandenburgensibus, muniti et adornati estis ac donati, approbamus, ratificamus et presentis pagine patrocinio solenniter confirmamus. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes uero huius rei sunt spectabilis uir dominus Bartoldus comes de Hennenberg, nobilis uir dominus Güntherus, comes de Lyndo, Honorabilis uir dominus Segerus, prepositus Stendaliensis, nec non Hermannus de Lvcho, cum aliis fide dignis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram paginam infringere, uel ei temere contraire. Si quis uero hoc attemptauerit a nostro fauore se nouerit elongandum. Datum Reppin, anno Domini MCCCXXIV feria tertia post diem sancte Elisabeth in nostra presentia.

Nach dem Originale im Rathe-Archiv.

III. Markgraf Ludwig legt dem Pfarrer in Marwitz, seinem Capellan, eine Hebung aus Prenzlau bei, am 3. April 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. diuine remunerationis intuitu et etiam commendabilium meritorum consideratione contulimus et presentibus conferimus honesto et discreto viro domino Heinricho plebano in marwitz, cappellano nostro dilecto, XIII librarum redditus annue pensionis uidelicet in moneta nostra prinzlaue VI libras, et in moneta ciuitatis nostre Prinzlaue VII librarum redditus quoad vixerit et ad vite sue tempora singulis annis percipiendos et sine impedimento quolibet quiete et pacifice possidendos. Mandantes singulis dictarum ciuitatum monetariis presentibus et futuris, quatenus dicto domino quilibet suam partem, ut premititur, sine contradictione qualibet in numerata pecunia temporibus debitis presentet, det et integre largiatur. In cuius etc. testes Swyker, Hele, Altman, Magister coquine cum ceteris. Actum et datum Spandowe, A. XLV. dominica quatuoragesima.

Nach dem Copialbuche des K. Ges. Kab. Archives I. C. 4 in quarto. Blth. III, Nr. 44.